

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Pythagorae Avrea Carmina.

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

P Y T H A G O R A E

A V R E A C A R M I N A

Πυθαγόρας *).

*) De Pythagora, eius aetate, disciplina, philosophia, schola atque adfectoris, de carm. aureis, editt. iisque, qui vario modo variaque fortuna de iis rebus scripserunt, in Introductione in hist. L. Gr. et ad *Fabricii* B. Gr. vol. 1. pag. 750. sqq. abunde disputaui. Hoc loco inprimis commendare liceat magistris cel. *Meinersii* libr. Geschichte des Ursprungs, Fortgangs und Verfalls der Wissenschaften in Griechenland und Rom, Lemgou. 1781. 8. part. 1. pag. 178 — 602. et cel. *Tiedemanni* libr. Griechenlands erste Philosophen, Lipsiae 1780. 8. sect. IV. pag. 187 — 556. eiusdemque libr. Geist der spekulativen Philosophie, part. 1. Marburgi 1791. 8. cap. V. pag. 67 — 138. Praecepta ipsa, quae nunc circumferuntur et *Pyth. aurea carmina* vocantur, partim ante illum fuerant nota, a Samio autem philosopho repetita suisque commendata, partim ex Pythagorae ore hausta; sed ab alio eius adfectoris collecta versibusque expressa. Hinc cl. *Glandorf*, qui ea separatim edidit, vberrimisque notis illustravit Lipsiae 1776. 8. pag. 112. inscripsit Ταῦτα Πυθαγορείων ἐστὶν τὰ χρυσᾶ. In superiore edit. sequutus eram exemplar a *Io. Ad. Schier*, Lipsiae 1750. in 8. editum. Praeterea consulueram editionem *Aldinam* sine anno, 4. vbi carmina haec cum interpretatione interlineari addita sunt Constantini Lascaris Byzantini de octo partibus orationis libris: porro *Wechelianam* cum *Cebetis* Thebani tabula, Paris. 1537. tum *Stephani* Roetas Graecos principes etc. 1566. vbi P. II. pag. 466. reperiuntur haec carmina. *Wecheli*us semper expressit lectionem *Aldinam*: *Stephanus* paucissimis in locis discedit. — Nec non *Hieroclis* commentar. in aurea haec carmina, ed. *Curterii* Londini 1654. porro, praeter *Wintertonii* poetarum minores et alias vulgares, *Salmasii* notas in librum: Tabula *Cebetis* graece, arabice, latine, item



Χρυσᾶ **) ἔπη ***).

Ἰ Ἀθανάτῃς μὲν πρῶτα θεὸς, νόμῳ ὡς διὰ
κείνται,

Τίμα, καὶ σέβει ὄρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγαυούς,
Τῆς τε καταχθονίης σέβει δαίμονας, ἔννομα
ῥέζων.

Τῆς

aurea carmina Pythagorae cum Paraphrasi arabica, auctore I. Elichmanno, cum praef. Salmasii. Lugd. Bat. 1640. In praesenti contuli quoque Brunck in Gnomiis poetis graecis pag. 107. multa vero mutavi, aut, brevitatis studio inferuiens, deleui, praecipue quum cl. Glandorf omnia copiose docteque explicuisset.

**) χρυσᾶ, aurea, h. e. praeclara, illustra. Palaeophat. fab. 19. Ἐπὶ τέττ' δὲ ὀνομάζονται χρυσᾶ (oues). Κάλλισον γὰρ ὁ χρυσός· ἦσαν δὲ ἐκεῖναι κάλλισται. Pari modo Plin. II. ep. 20. accipe auream fabulam. v. Bergler ad Aristophan. Plut. 268.

***) ἔπη carmina. Sic apud Theophrast. ch. 26. 1. τῶ Ὀμήρῳ ἔπη.

v. 1. διαίκενται. constituti sunt, dispositi. Sic legunt Hierocles et habent editt. Aldina, Wechel. Marcil. Carter. et Brunck. Steph. qui in margine γρ. διαίκενται, tamen in textu, vti etiam Camerar. Salmas. et Glandorf, cui altera lectio a Platonico - Pythagoricorum commentis profecta videtur, διαίκεται constitutum, praescriptum est, et haec posterior lectio expressa est a Cicerone, (de leg. libr. II. cap. 16.) in lege est, nempe lege ciuitatis, et Arabs interpretatus est, vt illis honorem exhibeas eum, quem approbat Religio. plura vide apud Hieroclem pag. 18-29. conf. Meiners l. c. pag. 541. sq. et Tiedemann Griechenl. erste Philos. pag. 400. sqq.

v. 2. ἥρωας: sunt hi Pythagorae, qui medii generis sunt inter deos immortales atque homines. v. indicem.

v. 3. καταχθονίης. (vide indic. et Tiedem. p. 405.) Arabs exponit de geniis terrae; Salmasius de animis defunctorum, et explicat Hieroclis verba. v. Irbou. de Palingenes c. XII. Officia, quae plura erant et magna

Τὴς τε γονεῖς τίμα, τὴς τ' ἄγχισ' ἐκγεγαῶτας.
 Τῶν δ' ἄλλων, ἀρετῇ, ποιεῦ φίλον, ὅσις ἄριστος. 5
 Πραέσι δ' εἶκε λόγοις ἔργοισι τ' ἐπωφελίμοισι.

Μηδ'

cum cura praestabantur defunctis, adpellantur δίκαια, ἴστικα, ἐννομα, νομιζόμενα.

σέβε. verbum in Pythagorae schola vsitatissimum.

v. 5. confer *Liuius* XL. c. 46. Cic. de amicit. c. 13.

ἀρετῇ. Hoc. vocab. latissimum multiplicemque habuit significatum. Heroicis, adeoque homericis, temporibus praecipue de habitu et cultu corporis vsurpabatur, et vis, robur, fortitudo, praestantia externa indicabantur: postea, a philosophis aliisque etiam ad animi habitum, σωφροσύνην, vti h. l. aliasque, more nostrorum philosophorum, animi dotes atque exercitium, relatum est, tum a quibusdam philosophis inprimis de prudentia ciuili denique proprie et translate de qualibet rei praestantia adhibitum est. De voc. ἀρετῇ est locus classicus apud *Plutarchum* de audiendis poetis cap. V. pag. 42. edit. cl. *Krebsii*. *Plutarchus* enim obseruat, virtutem non solum dici de praestantissimo et maxime omnium nostrorum diuino habitu, quem rationis rectitudinem et naturae ratione praeditae perfectionem, animique consentientem secum adfectionem intelligimus, sed virtutis etiam voce pro gloriae, potentiae, secundarum rerum aut similis alicuius rei nota poetam vsum fuisse. vide ad illum locum *Krebsii* animaduers. pag. 153. adde indicem, et *Cludium* ad *Aristotelis* scolion in *Bibl. der alten Litterat.* part. III. pag. 36.

v. 6. εἶκε, *Hierocles* p. 61. interpretatus est προῶς εἰκοντας τοῖς καλῶς ὑφηγεμένοις τῶν φίλων, cedere leniter, obtemperare bene monentibus amicis: et cl. *Hindenburg* in *Animaduers.* ad *Xenophontis* Memor. Socr. Lipsiae 1769. ad *Xenoph.* libr. II. c. 3. §. 16. nostra *Pythagorae* verba vertit, lenibus obtemperes verbis, isque obseruat λόγων ἐπίκειν, l. e. priorem aliquid loqui sinere; et λόγοις ἐπείκειν d. e. dictis, monitis obtemperare, cedere, esse diuersa. Poeta loquitur de deponendis inimicitias. v. *Glandorf.* p. 125. sqq.



Μηδ' ἔχθαιρε φίλον σὸν ἀμαρτάνδος ἕνεκα μι-
κρῆς,

Ὅφρα δύνῃ δύναμις γὰρ ἀνάγκης ἐγγύθι
ναίει.

Ταῦτα μὲν ἔτῳς ἴσθι. κρατεῖν δ' εἰθίζεο τῶνδε
ἰοΓασρὸς μὲν πρῶτις, καὶ ὕπνε, λαγνείης τε,
καὶ θυμῷ. Πηρήξεις δ' αἰσχρὸν ποτε μήτε μετ'
ἄλλῃς,

Μήτ' ἰδίῃ πάντων δὲ μάλιστα αἰσχύνεο σαυτὸν.
Εἴτα δικαιοσύνην ἀσκεῖν ἔργῳ τε, λόγῳ τε.

Μηδ'

v. 7. 8. *vulga*. Peccati leuioris causa ne fias inimicus amico tuo, quantum a te id fieri potest: possibile autem erit tibi, tum cogitas, tibi, quoniam potes, id esse faciendum. (nam, qui ob leue peccatum alterum oderit, eum oporteret, omnibus hominibus inimicum fieri.)

v. 10. conf. Xenoph. mem. I. c. 5. et cap. 6. §. 8. et *Kypke* Obseruat. sacras tom. II. pag. 317. ad ep. Paulli ad Philipp. III. 19. — λαγν. v. indicem.

v. 11. θυμῷ. Hor. I. ep. 2. 62. *animum regere*, v. *Salmasium*, de vocabulo hoc disputantem ad *Simplicium* pag. 124. sqq. et pag. 115. Proprie et ab origine θυμὸς idem, quod πνεῦμα. vide quoque indic.

v. 12. ἰδίῃ. *Stobaeus* Serm. I. p. 2. μητ' αὐτὸς et *Steph.* in margine γρ. αὐτός. *Suidas* tom. II. p. 95. ἰδίᾳ, χωρὶς, priuatim. quare interpretamentum esse videtur. Alias ἰδίᾳ opponitur δημοσίᾳ aut τῇ κοινῇ. vid. *Ruhnken* ad *Timacum* p. 107. *Oudendorp.* ad *Thom. Mag.* p. 467. et quae ad *Demosthenis* orat. de Corona c. 20. p. 170. scripsi. adde indicem.

σαυτὸν. Pari modo *Thales Milesius* apud *Ausonium* p. 292. ed. *Tollii*: Turpe quid ausurus, te sine teste time.

v. 13. ἀσκεῖν. *Stobaeus* Serm. I. legit ἀσκεῖ: atque ita quoque expressum est apud *Winterton.* et in contextu *Stephani*, qui tamen in marg. γρ. ἀσκεῖν, et *Brunck.* Ego vero malo priorem sequi lectionem propter suauiore

Μηδ' ἀλογίως σαυτὸν ἔχειν περὶ μηδὲν ἔτιζε·
 Ἀλλὰ γινῶσι μὲν ὡς θανέειν πέπρωται ἅπασιν·¹⁵
 Χρήματα δ' ἄλλοτε μὲν κτᾶσθαι φιλεῖ, ἄλλοτ'
 ὀλέσθαι.

Ὅσσα τε δαιμονίησι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν,

Ων

sonum cum sequenti vocabulo ἔργω, quod a vocali incipit. Atque Attici potissimum infinitivum pro imperativo ponere solent. *Hesiod.* *ε.* 336. ubi est ἔρδειν ἔρ' et in antecedenti versu ἔργε. quae varietas modorum nostrae servit interpretationi: *ib.* 342. 343. et alii. conf. *Hemsterhus.* ad *Aristophan.* *Plutum* p. 196. *Schrader* ad *Museum* p. 305. *Dorville* in *vanno crit.* p. 341. qui in his ellipsesi neque θέλω neque κελύω neque δεῖ semper convenire docet: atque, me quidem iudice, recte sentit. Vfus enim infinitivi loco imperativi reliquiae originis sermonis et primae dicendi infantiae esse videntur. Infantes enim etiamnum, dum loqui incipiunt, ope infinitivi potius quam imperativi voluntatem ac desiderium rei declarare solent. Sic e. g. *geben* dicere solent, *pro gieb mir*, quia simplicia verba, et simplices ideas prius formare atque enuntiare possunt, quam compositas et relatiuas.

x. 14. ἀλογίως σαυτὸν ἔχειν pro ἀλόγιστον εἶναι, imprudentem esse. Huic ῥησει haud dissimilis est illa *Aesopi* fab. 84. λέγων δυσάποσπᾶσως ἔχειν τῆς τῆ τόπα συνηθείας, dicens, se difficulter auelli posse a loco consueto. *Aeschin.* *dial.* III. §. 2. ὁ πατήρ ἀδυνάτως ἔχει, pater defectus est viribus. sic infra v. 24. Verbum ἔχειν apud Graecos varios et elegantes admittere significatus, vel ex *Vigero* de *idiotism.* *Graec.* *diction.* cap. 5. pag. 252. notum est; vide etiam indicem *Fischeri* ad *Aeschin.* sub h. v. et indicem nostrum.

v. 15. θανέειν. vid. ad *Mimn.* III. 10.

v. 16. φιλεῖ, scil. τις. aliquis solet, *Man pflegt.* φιλεῖν enim, vt *amare*, apud poetas potissimum latinos, interdum denotat *solere*. v. *Vechner* *Hellenol.* II. 2. pag.



Ἦν ἂν μοῖραν ἔχης, πρῶως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει.

Ἰᾶσθαι δὲ πρέπει, καθόσον δύνη· ὧδε δὲ φράζεν·

20 Οὐ πάνυ τοῖς ἀγαθοῖς τέτων πολὺ μοῖρα δίδωσι.

Πολλοὶ δ' ἀνθρώποισι λόγοι δειλοὶ τε καὶ ἐσθλοὶ

Προσπίπτουσ', ὧν μήτ' ἐκπλήσσει, μήτ' ἀρ' ἐάσει

Εἰργασθαι σαυτόν· ψεῦδος δ' ἦν πέρ τι λέγεται, Πρῶως

402. sqq. Alii legunt φίλα, ama, sole, κτᾶσθαι, tibi acquirere, comparare, (v. Küster de verbis mediis pag. 48. ibique Wolle,) tunc, vti Brunck paucique alii dederunt, legendum erit ὀλέσσαι, amittere. sed v. Glandorf.

v. 18. ὧν. MS. regis Galliarum ὧς. pro ἔχης apud Stobaeum legitur ἔλῃς, quod non plane sperno: sic infra Pind. Olymp. v. 89. ἔλεν accepit; quamquam ἔχω etiam proprie notat teneo. Atque λ et χ in εἶλον et εἶχον aliisque vocabulis facile inter se permutari, ostendit Doruille ad Chariton. pag. 214. 551. et Valken. ad Theocrit. pag. 290. Plutarchus in Cons. ad Apollon. habet ἔχους, et frequens est modorum indicatiui et optatiui in libris antiquis confusio. v. cl. Fischer ad Aesch. p. 77. pag. 94. et saepius, ac Valkenar. ad Theocriti Adoniaz. pag. 290. Brunck e diuersis variorum librorum lectionibus versum ita constituit: ἦν ἂν μοῖραν ἔλῃς, ταύτην φέρε etc

v. 18. Seneca ep. 74. placeat homini, quicquid deo placuit. Iamblich. V. Pythag. 28. confer Wettstein ad Matth. VI. 10. vbi plura similia loca collegit.

v. 22. cl. Glandorfius supplet ὑπὸ, ζυγῶ etc. nec finistris rumoribus percelli animum commoueri, nec absterri te, (ab iis rebus, quas meditatus eras,) patere.

v. 23. περ. indicem vide.

Πράως ἰσχ'. Ὁ δέ τοι ἐρέω, ἐπὶ παντὶ τε-
λείσθω.

Μηδεὶς μήτε λόγῳ σε παρείπη μήτε τι ἔργῳ, 25
Πρῆξαι, μηδ' εἰπεῖν, ὅ, τι τοι μὴ βελτερόν ἐστι.
Βελεύς δὲ πρὸς ἔργα, ὅπως μὴ μωρὰ πέληται.
(Δειλὸς τοι πρῆσσειν τε λέγειν τ' ἀνόητα πρὸς
ἀνδρός.)

Ἀλλὰ τὰδ' ἐκτελέειν, ἃ σε μὴ μετέπειτ' ἀνι-
ήσῃ.

Πρῆσσε δὲ μηδὲν τῶν μὴ πίσασαι, ἀλλὰ διδά-
σκειν, 30

G 2

Ὅσσα

v. 24. ἰσχ'] pauci εἰχ'. Thom. Magister pag. 477.
ἰσχεῖν, inquit, κάλλιον, ἢ ἔχειν. — πρῶως ἰσχ', *sis lenis,*
perfer leniter, tace. vide ad v. 24. denique vis particulae
τοῖ notanda est, h. l. *hac re.* Originem enim ducit ab
antiquo ablativo, qui olim terminabatur in *οι*, postea
in *ω*. Ita dixerunt vetustissimi τοὶ λόγοι, pro quo nunc
scribimus τῶ λόγῳ: cuius flexionis nonnulla residua sunt
vestigia in dativis et ablativis, μοί, σοί etc. τοῖ igitur
pro τῶ positum idem ferme notabit, quod (ἐν) τέτῳ vel
τῷ ὄντι, hoc, *hac re, re ipsa, ob hanc rem, ideo, quare.*
Cum δὲ coniunctum, τοῖ saepe interpretari possumus,
omnino, sane, conf. Hoogeu. de particul. tom. II. pag.
1152. tom. I. pag. 275. etiam sine δὲ apud Aristoph.
Plut. 29.

v. 25. παρείπη *fallaciter, et captiose persuadeat,* refer-
tur et ad τὸ ἔργῳ et ad τὸ λόγῳ, quamvis posteriori pro-
prie conveniat: de qua forma Graecis non minus quam
Latinis usitata, valde copiosus est Dorville ad Chariton.
pag. 394. adde infra Pindar. Olymp. I. 142. De vi verbi
παρεῖπεν conf. Valcken. ad Theocr. Adoniasus. pag. 356. sq.

v. 27. confer Sallust. B. Cat. cap. I. ibique Cort.

v. 28. Versus forte spurius est? δειλὸς τι Wechel. et
Marcil. τοῖ, *re ipsa, omnino.* vide ad v. 24. πρὸς, vide
indicem.

v. 30. ἐπίσασαι, Brunck.



"Ὅσσα χρεών· καὶ τερπνότατον βίον ὧδε διάξεις.
 Οὐδ' ὑγιείης τῆς περὶ σῶμ' ἀμέλειαν ἔχειν χρή·
 Ἀλλὰ ποτὲ τε μέτρον, καὶ σίττε γυμνασίων τε
 Παιῖσθαι. μέτρον δὲ λέγω τόδ', ὃ μὴ σ' ἀνιήσει.
 35 Εἰθίς δὲ διαίταν ἔχειν κατάρρειον, ἄθρυπτον.
 Καὶ πεφύλαξό γε ταῦτα ποιεῖν, ὅποσα φθό-
 νον ἴσχει.

Μὴ δαπανᾶν παρὰ καιρὸν, ὅποια καλῶν ἀδα-
 ήμων.

Μηδ' ἀνελεύθερος ἴσθι· μέτρον δ' ἐπὶ πᾶσιν
 ἄριστον.

Πρῆσσε δὲ ταῦθ', ἃ σε μὴ βλάβει· λόγισα δὲ
 πρὸ ἔργου.

Μηδ'

v. 34. ἀνιήσει. Curter. Needham. Brunck. ἀνιήση reli-
 qui: sed μὴ etiam cum futuro indicatiui coniungitur.
 vide Hoogeveen de partic. gr. pag. 711. nr. 23. et Burgeff.
 ad Ricard. Dawes miscellan. crit. pag. 427.

v. 36. ταῦτα. quidam codd. MSti habent τοιαῦτα, quae
 quidem pronomina facile inter se permutantur. Mihi ve-
 ro placet ταῦτα, quoniam γε, quod tunc excideret,
 quamdam habet vim et adfert suavitatem. Inculcatur
 praeceptum, quod homines quam frequentissime mi-
 grant: hinc καὶ-γε, immo, immo vero dicit. v. Viger.
 de idiotism. p. 356. 8. adde Heusinger. ad Plutarch. Pac-
 dag. p. 74. — φθόν. vide indicem.

v. 37. Salmas. secundum versionem Arabis: Ne sis
 prodigus instar eius, qui non cognoscit res, quae in manu
 eius sunt, et secundum Hieroclis vestigia mauult legere,
 vti apud Stobaeum reperitur scriptum: μὴ δαπανᾶν πα-
 ρὰ καιρὸν ἀπειροκόλως ἐνὶ ἡμῖν. quae quidem lectio mihi
 duriuscula et interpretamentum videtur. — καλῶν, h. e.
 honesti, decori. v. quae scripsi ad Cornel. Nepot. Praefat.
 §. 4. et Cicer. de officiis I. 4.

v. 39. βλάβει Br. βλάβῃ reliqui. v. ad vers. 34.

Μηδ' ὕπνον μαλακοῖσιν ἐπ' ὄμμασι προσδέ-
ξασθαι, 40

Πρὶν τῶν ἡμερινῶν ἔργων τρεῖς ἑκάστον ἐπελ-
θεῖν.

Πῇ παρέβην; τί δ' ἔρεξα; τί μοι δέον ἔκτε-
λέσθῃ;

Ἀρξάμενος δ' ἀπὸ πρώτης ἐπέξειδι· καὶ μετέ-
πειτα

Δειλὰ μὲν ἐκπρήξας ἐπιπλήσσει. χρησὰ δέ,
τέρπει

G 3

Ταῦτα

v. 42. *qua via, siue ratione, qua in re.* πῇ, al. ποῖ, ubi, quo. *Salmasius*, malim, ait, πῇ pro πῶς accipere, quam, quomodo facit *Arabs*, pro πᾶ, qui vertit: *Expende loca, in quibus aliquid praetergressus es.* v. etiam *Thom. Magistr.* p. 652. *Hoogew. de Particul.* II. pag. 1054. et indicem nostrum. Ceterum conf. *Cic. de Senect.* II. et *Senec. de ira* III. c. 36.

v. 43. *Hierocles ἐπέξειδι* (v. indic.) ita interpretatur: Hortatur, ut operum nostrorum examen a principio, nullis eorum, quae media sunt, praetermissis, ordine faciamus, quod *percurrendi* verbo significauit.

v. 44. δειλὰ, *Hierocl. edd. Wechel. Curter. Marcil. Needham.* sed al. δειλὰ. Δειλὸν primitus notat, quidquid in suo genere modum excedit, aut excedere videtur. Hinc ingens, eminens, terribile, ut *Tyrt. II. 26.* *Solon. I. 6.* graue, malum etc. vide *Perizon. ad Ael. H. V. I. cap. 1. n. 2.* De voc. δειλὸς v. *Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 1011.* *Lambert. Bos. exercitt. philol. in N. T. p. 304.* *Klotz ad Tyrtaeum* pag. 110. et indicem: atque Δ et Ν. facile permutantur. confer *Dorville ad Charit. p. 235.* Τέρπει, *laetare*, *Needham, Glandorf, et praefero* lectioni vulgatae minus poeticae, quae etiam est in textu *Hieroclis*, τέρπει. Inter hunc et sequentem vers. occurrit medius in cod. Oxon. Ταῖς εὐταῖς ἀρεταῖς ποιεῖ φίλον, ὃν κ' ἐδέλυσται. qui vero ex versu quinto ortus glossema esse videtur.

45 Ταῦτα πόνει· ταῦτ' ἐκμελέτα· τῶν χρη-
 ἔραν σε·

Ταῦτά τε τῆς θεῆς ἀρετῆς εἰς ἵχνια θήσει.
 Ναὶ μὰ τὸν ἀμετέρα ψυχᾷ παραδόντα τε-
 τρακτὺν,

Παγὰν ἀενάαν φύσεως. Ἄλλ' ἔρχεαι ἐπ' ἔργον
 Θεοῖσιν ἐπευξάμενος τελέσαι. Τῶν δὲ κρα-
 τήσας

Γνώσῃ

v. 46. θήσει] τίθεσθαι εἰς ἵχνια θεῆς ἀρετῆς, in virtutis diuinæ vestigiis collocare, nihil aliud est, quam deo similem effitere. Simillimus autem deo sapiens, siue virtute praeditus. *Maroil.* Diuina s. heroica virtus opponitur humanae. v. *Aristot.* ad Nicomach. VII. cap. 1.

v. 47. Ναὶ μὰ. al. ἔ μὰ, vide *Berglerum* ad Alciphron. libr. II. ep. 4. pag. 242. et *Marcil.* De hoc versu, quem alii aliter olim legerunt, et quem laudat atque explicare sustinet *Macrobius* I. in Somn. Scip. VI. pag. 37. ed. Zeune, alii aliam habuerunt sententiam. v. *Marcil.* et *Schier* ad h. l. adde *Eschenbach* in Epigin. pag. 195. et *Io. Georg. Michaelis* exercitation. de Τετρακτὺ Pythagorica (in obss. sacris, Arnheim. 1724. 8.) qui, *Tetraδὺς*, ait, est ipse ille deus, quem per vniuersum mundum ita sparsum ac diffusum esse arbitrantur, adeo, vt per ipsum omnia subsistant: cum natura vero confusus et permixtus, non tam πολύθεος, quam πάνθεος. conf. longam *Iablonsky* disput. in Prolegom. ad Pantheon Aegyptiorum pag. 119. sqq. Hinc explicuere quidam: qui animae nostrae, h. l. nobis, tradidit, h. e. docuit, nempe Pythagoras, per quem iurarunt eius discipuli, quaternarium, h. e. deum. Alii aliter. vide *Moshem.* ad Cudworthi Systema intellectuale III. pag. 451. *Tiedem.* l. c. pag. 419. inprimis p. 424 sqq. qui interpretatur: iuro per deum, qui indidit animo nostro tetradym fontem principia naturae aeternae.

v. 49. τελέσαι. deos precatus, vt perficiant: nota graecismum: infinitiuis loco coniunctiui cum coniunctione. v. *Viger.* pag. 206. seq. et *Homer.* II. XVIII. 90.

Γνώση ἀθανάτων τε Θεῶν θνητῶν τ' ἀνθρώ-
πων 50

Σύσασιν, ἥτε ἕκαστα διέρχεται, ἥτε κρατεῖται.
Γνώση δ', ἥ θέμις ἐστὶ, φύσιν περὶ παντὸς
ὁμοίην.

Ὡς σε μήτε ἀέλπτ' ἐλπίζειν, μήτε τι λήθειν.
Γνώση δ' ἀνθρώπων ἀνθαίρετα πῆματ' ἔχον-
τας.

Τλήμονες, οἳ τ' ἀγαθῶν, πέλας ὄντων, ἔτ'
ἔσορῶσιν, 55

Οὔτε κλύσει· λύσιν δὲ κακῶν παῦροι συνίσασι.
Τοίη μοῖρα βροτῶν βλάπτει φρένας· ὥς δὲ
κύλινδροι

G 4

"Αλλοτ'

v. 50. Brunck. et Ald. alii, γνώση. rel. γνώσεαι.

v. 51. Tu cognosces deorum et hominum conuenientiam, h. e. deorum et hominum naturam inter se congruere, esse cognatam, qua ratione singula transeant, h. e. amittantur, praeceptis neglectis, et qua ratione omnia inter se contineantur, quam firmum sit ambarum naturarum vinculum, quomodo conseruetur diuina natura ab hominibus. v. plura apud cl. Glandorf.

v. 52. ἥ θέμις ἐστὶ, quatenus fas est. περὶ παντὸς, quam maxime.

v. 53. Vt neque vana speres, neque, praeceptis virtuti cognitis, ignorance errare possis.

v. 55. πέλας ὄντων, bona quum in propinquo sint.

v. 56. S. Pauci vero intelligunt, quomodo se liberari possint a malis, a vitiis.

v. 57. τοίη μοῖρα, tale fatum, nempe ultro arcessitum
v. 54. — ὥς δὲ κύλινδροι. instar cylindrorum in aliud atque aliud malum feruntur, delabuntur. Sic restituit Needham ex codd. olim legebatur, οἳ δὲ κύλινδρους, quod frigidum esse videtur. vid. indic. Gland. coniicit, οἳ δὲ, κύλινδροι, "Αλλοτε etc. tamquam cylindri, vt ὥς sit subintelligendum postea ab aliis adscriptum.

"Αλλοτ' ἐπ' ἄλλα φέρονται, ἀπείρονα πῆματ'
ἔχοντες.

Λυγρὴ γὰρ συνοπαδὸς, ἔρις, βλάπτουσα λέλῃθε
Σύμφυτος· ἣν εἰ δεῖ προσάγειν, εἰκοντα δὲ
60 φέυγειν.

Ζεῦ πάτερ, ἥ πολλῶν γε κακῶν λύσειας ἅπαν-
τας,

Εἰ πᾶσιν δείξαις, οἷω τῷ δαίμονι χρῶνται.

"Αλλὰ σὺ θάρσει· ἐπεὶ θεῖον γένος ἐστὶ βρο-
τοῖσιν,

Οἷς

v. 59. λέλῃθε, *clam, latenter, improuiso, nocet*: Graecismus: verbum λανθάνω sequente participio pro aduerbio. v. *Vigerum* pag. 262. de idiotismis, ibique Hoogeu. et quae notavi ad *Iuliani* Caes. p. 166. sq. Sermo est de contentionibus publicis ac priuatis illius tempestatis.

v. 61. γε. Ald. Wechel. Curt. alii τε. atque T et Γ propter similitudinem librarios frequentissime deceperunt: v. *Pierſon* ad Moer. Attic. pag. 343. et pag. 376. *Doruille* ad Charit. pag. 167. mihi vero hoc loco placet γε, nec tamen abundat, sed verti debet: omnino, adeo. v. *Ernesti* ad Xenoph. mem. Socr. I. 2. pag. 8. κε dedit Brunck. ἥ ex ionico ἧα, (ab obsoleto ἔω sum, quod veritatem quoque inuoluit,) proprie vere, certe. vide Hoogeu. de Particul. tom. I. pag. 482. 483. ἥ - γε rem et sententiam amplius firmat et adseuerat, certe, omnino. ἥ Ald. Curter. Marcil. male.

v. 62. ἥ Marcil. — οἷω τῷ δαίμονι, *quali fortuna, s. qua forte, num beata, an misera*: aut potius, quia, vt Marcilius auctoritate *Aristotelis* II. Topic. cap. 3. docuit, mens a veteribus philosophis quoque adpellabatur *daemon* s. *genius*, cum Hierocle et Salmasio interpretari possis, *h* omnibus monstrares, *quali quisque animo, mente, utatur*.

v. 63. θεῖον γένος. *Horat.* Serm. II. 2. 29. *diuinæ parenticulæ auras*. confer Hierocl. pag. 282. sq.

Οἷς ἱερὰ προφέρουσα φύσις δεικνυσιν ἕκαστα.

Ὡν εἰσοίτι μέτεσι, κρατήσεις, ὧν σε κελεύω, 65
Ἐξακέσας· ψυχὴν δὲ πόνων ἀπὸ τῶνδε σαώ-
σεις.

Ἀλλ' εἶργε βρωτῶν, ὧν εἵπομεν· ἐν τε κα-
θαρμοῖς,

Ἐν τε λύσει ψυχῆς κρίνον, καὶ φράζεν ἕκαστα,
Ἡνίοχον, γνώμην σήσας καθύπερθεν ἀρίστην,
Ἦν δ' ἀπολείψας σῶμα ἐς αἰθέρ' ἐλεύθερον
ἔλθῃς, 70

G 5

Ἔσσεαι

v. 64. ἱερὰ φύσις, h. e. τὸ θεῖον, h. e. animus hominis, quatenus diuinæ est originis, ἕκαστα, h. e. τὰ δέοντα, omnia, quæ necessaria sunt ad animi sui notitiam: προφέρουσα δεικνυσιν, simpliciter idem ac δεικνυσιν.

v. 65. ὧν - μέτεσι, quorum, h. e. rerum earum, quas deus mentibus humanis inserit, si vlllo modo particeps fueris, h. e. si bona ante pedes posita, cernere atque audire velis, compos fies voti, contagiis animi, vt impeto, sanatis. —

v. 66. πόνων. vide indicem.

v. 67. βρωτῶν. de hac abstinentia Pythagoræorum v. Marcil. ad h. l. et *Irhouium* libr. mem. pag. 121. et 125. 126. adde etiam lusum in *Luciani* Gallo pag. 730. tom. II. ed. Reitzii. εἵπομεν, n. in *Apophtegmat. sacris*. Distinxi et legi cum vett. edd. et Glandorf εἵπομεν· ἐν — κρίνον, καὶ etc. pro εἵπομεν, — κρίνων· etc.

καθαρμοῖς, purgationibus. v. *Diogen. Laertium* in *Pythagora*; *A. Gellium* III. c. 11. nec non *Salmas.* in præfat. memor. cui λύσις ψυχῆς est abstinentia quorundam ciborum: est potius liberatio animi et purgatio a malis, a vitiorum sordibus, vt v. 56. et Glandorf.

v. 70. *Plutarch.* libr. III. c. 7. de philos. decretis commemorat Pythagoræum: animum, postquam e domicilio corporis migravit, in naturæ vniuersitatis animam remeare, in aerem sibi cognatum et affinem. ἐλεύ-

Ἔσσεαι ἀθάνατος, θεὸς ἀμβροτος, ἢ ἐν
 θνητός.

Deos igitur h. l. est *purus*, et opponitur aëri, terrae proximo et ob nubes, imbres ventosque crasso atque impuro. Composuisse haud poenitebit *Cicero* de Senect. c. 21. et 22. et *Xenoph.* Cyropaed. libr. VIII. c. 7. pag. 548. ed. Wells.

v. 71. v. *Diog. Laert.* in Empedocle siue libr. VIII. Deorum vitam deges in aethere siue Elyfio. Tres vero propositiunculae idem denotant. Ad vim igitur augendam et sententiam de animi perennitate firmitus declarandam, exaggeravit poeta, quisquis fuerit. —

Θ Ε Ο Κ Ρ Ι Τ Ο Υ

Συρακείαι, ἢ Ἀδωνιάζουσαι.

Ἐιδύλλιον ιε. *)

Γόργω, Πραξινοῇ, Γράυς, Ξένος,

[Ἴτερος Ξένος, γύνῃ Ἀοῖδος]

*) Festiūm hoc Idylliūm est plane dramaticū siue *μυμητικόν* et, vt ex argumento graeco, a Valckenario publicato, illustrato atque emendato, cognoscitur, *ἐκ τῶν παρὰ Σώφρονι θεωμένων τὰ ἴδιαι* petitum et expressum. Scena vero figenda est Alexandriae, atque Syracosiae dorica dialecto vtentes, hic colloquuntur mulieres, valde garrulae, non primi ordinis matronae, quae aulam frequentarint, sed de plebe, quae in Aegyptum, Alexandriam, commigrarant, et hic habitantes maritos quaeque suos, liberos et seruos, ancillas certe habuerant. Hae exierant ad spectaculum pompae, qua Adonis ab Arsinoe, vxore Ptolemaei Philadelphi, gestabatur. In Adoniis autem Alexandrinis sollemne fuit, exornare semidei signum, atque illud sequentis forsan diei summo mane siue a viris gestari, siue a primariis matronis, iisque piis et prae ceteris cultricibus, (saltem hae comitatae fuerint,) ad mare deportari abluendum. Ipso vero sollemnis pompae die, ne aliae mulieres de plebe prorsus essent arcani expertes, summo mane sequentis diei celebrandi, Sicyonia cantrix breue canticum tum a religiosis cultricibus recantandum, iam decantabat, v. 136—144. Theocritus bene vero muliebris linguae intemperantiam, leuitatem et nugacitatem imitando adsequutus est. Gorgo, vt spectaret sollemnitates et Praxinoam ad regis aulam deduceret, ad hanc, in extrema vrbis parte habitantem, venit. Praxinoa varia imperat ante abitum et vtraque de marito suo inepte conqueruntur stolidaeque nugantur. A v. 44—76. Egressae domo, mirantur hominum turbam et Ptolemaeum celebrant variaque habent fata et colloquia ad aulam adpropinquantes, v. 77—99. In aula ipsa tapetia, super quibus iā-